

C O N T R A I N S T A T S C O T V S ,

Scotus.

Quod primum obiectum sit species specialissima.

Causa naturalis non impedita producit suum effectum nobilissimum, & primarium quem potest producere, quia agit secundum totum suum posse, & infertur toto impetu in opus suum, ergo causae naturales concurentes ad intellectionem, producunt effectum suum nobilissimum: At conceptus nobilissimus, & perfectissimus est specificus, & non genericus, quia confusus, nec singularis, quia non generat scientiam, ergo. Patet, q̄a conceptus specificus vniuersalis continet illum, & addit supra illud. Vt conceptus hominis continet conceptum animalis, & addit supra rationale.

2. Si cae naturales producerent aliū effectū perfectiorē primo, ergo, daretur, effectus perfectissimo, hoc falsum ergo, cum produixerint conceptum confusum non poterunt producere aliū perfectiore conceptum, quia sunt toto impetu, & toto visu, ergo non dabitur scientia vera, & specifica.

3. Verum dicitur esse obiectum intellectus, ergo species specialissima erit primum notum, quia veritas est magis ab illa, quam ab alijs.

Nam veritas est ab ente ēterno, & actuali. Ergo non erit neque a singulari, quia communicale. Neque a Genera, q̄cum sit in potentia, ergo cum species specialissima sit actualissima per ultimas differentias, & sit actualis, per naturam, erit verissima, ergo obiectum primum.

4. Cuicunq; singulare fortius mouet sensum illud primo cognoscitur ab intellectu. Vt si duo singularia hic essent nempe fluedo, aut rubedo, primum cognoscere rem speciem rubedini, quam flavedini si singulare rubedini magis sensum moueret, ergo cum scientia nostra ortum habeat a sensu, ergo singulare faciet conceptum illum primum intellectu, qui conceptus est propriior ipſi individuo: At ite conceptus non dicitur esse genericus, nec transcendentis sed specificus, ergo primum cognitum erit species.

5. Duo sunt conceptuum gradus.
Alter est magis vniuersalis, { Magis vniuersalis dicitur esse respectu generum, & transcendentium, ens:
Alter minus vniuersalis. vnum, & similia.

Minus vniuersalis dicitur respectu specierum. Sed minus vniuersalis praecedit magis vniuersalem, ergo, patet in scientijs. Nam quartum cur scientia alia, praecedunt in doctrina Metaphysici. R.: quia aliae scientiae speculantur subiecta minus vniuersalia, & subratione specifica, Metaphysici. contemplatur magis vniuersalia, ergo praedicta.

*conceptus dup.**An i. scie Metaphys.*

R E S P O N D E A T I S H O C M O D O .

Ad 1. negatur, q̄ conceptus specificus sit perfectissimus, quia non semper perfectissimus producitur, vt in productione animalium. Nam primum Embrio producitur, deinde alia.

Ad 2. non potest producere effectum perfectiorē perfectissimo. R. loquitur, de effectu absoluto non de effectu, secundum quid. Nam certum est, q̄ leo non potest producere effectum perfectiorē ipsa anima, tamen plures producere, secundum quid.

Ad 3. Nihil est verius specie. R. concedo q̄ species est actualiter quo ad terminum, intellectus non autem quod principium intelligendi.

Ad 4. singulare specie fortius mouet. R. verum est, quando est in ultima dispositione, & quando sunt proportionata, sed non semper, vt in his quia longa sunt.

Ad 5. Metaphy. non est ultima, quia termini sunt confusi. R. q̄ Immo sunt distinctissimi, & distinctissime amplectuntur omnia inferiora sed est ultima, quia difficultas, quia agit principaliter de substantiis abstractis, quae sunt remotissima a sensu nostro. Ideo primo de ijs, quae sunt sensu. Haec sufficiant. Habuitis quid obi. Quot modis, Primum cognitionis. In sequenti agam. An Imago Trinitatis convenientius dicatur esse in potentia anima? An in actibus: An in sensibili.

L E C T I O S E X T A D E I C M A .

De Imagine Trinitatis quomodo reperiatur in anima nostra? Et quia prima pars dicitur.

Memoria idcirco de Memoria agemus. Occasio sumitur a Docto. Nostro

*Ioan. Bac.
Diff. 3. q. 3.*

D. 3. q. 3. Ideo vt ordinatè procedam propono uobis

hac quinque potissima, videlicet.

Quid sit memoria.

Quotuplex memoria,

Locus memoriae,

Obiectum memoriae,

In qua parte anime sit,

Imago.

Difficultates, & solutiones.

Quo ad primum de quidditate memoriae. Memoria inquit Philosophus, in lib. de Memo. & Remis. Memoria est alius apprehensio sensu, vel intellectu iterata resumpcio. Quod secundarium.

Memoria dicitur tritaciam.

Primo modo dicitur potentia anime,

Secundo modo dicitur operatio & reuelatio anime,

Tertio modo dicitur compositione rei sensatae cum non sensa.

Primo modo, vt est potentia anima conseruat species rerum sensatarum, ad extra quas per extinuendum potentiam recepit, hoc intellexit Averroë dicens. Memoria est potentia conseruativa specierum.

Secundo modo, Memoria sumitur pro habitu & actu quo animal ex apprehensione speciebus reverteritur, ad rem extrinsecam apprehensionem, & dicitur esse formalis memoria.

Tertio

*Memoria quid
& q. 3.*